gratie fecunditate · Ventrem vero pro=
lis dignitate · ¶ De tercio patz · Quod eni
in sua sanctificatione fuerit singulariter ꝑ
spiritumsanctum dedicata · Ex hoc colligit'
ꝙ beata virgo in sua sanctificatione fuerit
preuenta celerius / ditata copiosius / ⁊ fir
mata stabilius · De celeritate patet · Quia
secundum aliquos doctores in eodem in=
stanti quo fuit culpa originalis infecta fu
it et per gratiam emundata · Vel secundū
alios / quod reputatur ꝓbabilius / non in
eodem instanti ꝓpter repugnantiam cul=
pe et gratie / sed post infectōnem sanctifi=
cata est quasi inꝑceptibili tempore · De eꝰ
copiositate patet · Nam sicut tempus san=
ctificatōnis fuit celerius · ita munus eius
sanctitatis fuit copiosius · Vnde Bernhar=
dus · Puto copiosius munus gratie descen=
disse in virginem que non solum eius men
tem sanctificaret · verū etiam ab omni pec
cato deinceps custodiret immunem · Simi
liter de eius firmitate patet · Nam sicut co
piosiori munere fuit dotata · Ita ꝙ erat
firmius in gratia stabilita · Per primā nan
qꝫ sanctificatōnem sic fuit in gratia stabili
ta ꝙ nunꝙ̄ actualiter peccauit · Per secun
dam sic fuit in gratia cōfirmata ꝙ nec pec
care potuit · Vnde dicit Augustinus de na
tura et gratia · Cum de peccato agitur · de
maria nullam volo prorsus fieri mentionē
B ¶ Circa tercium considerandum / ꝙ ipsa
fuit eternaliter electa in cenaculum humi
litatis / in cubiculum diuinitatis / et in tricli
nium totius trinitatis · Nardus eīm humili
tatis tīn ex ip̄a redolebat ꝙ verbum eter
num de sinu patris in eius vterum attrahe
bat · Vnde bene virgo regia geminaqꝫ mē
tis et corporis decore prefulgida sua pul=
critudine celitimū in se ꝓuocauit aspectuꝫ
et in celestibus cognita · ita ut regis ani=
mū in sui concupiscentiaꝫ inclinaret · Et idō
merito humilitatis virtute est electa ⁊ in
diuinitatis cubiculū / et in totius trinita=
tis nobile triclinium · Et quia ad tantam di
gnitatem electa fuit · ideo totius plenitu=
do gratie que fuit in christo se marie infu=
dit vt dicit hieronimus · Quāuis aliter · qꝛ
plenitudo gratie fuit in xp̄o vt personali=
ter deificata · Sed in maria vt in archa to
taliter deaurata · Interius quidem auro
diuinitatis · exterius vero dignitate pro=
lis / et fecunditate virtutis · Item fuit ī cri
sto vt in capite infundente · In maria ve=
ro vt in collo transfundente · Vnde Bern
hardus · Acutius intuemini quante deuo=
tōnis affectu eam a nobis honorari volu
it qui totius boni plenitudinem posuit in
maria vt proinde siquid gratie · siquid spei
in nobis nisi ab ea in nos noueramus re=
dundare · ¶ D Circa quartū consideran
dum ꝙ eius virtualis perfectio congrue ꝑ
septem columnas intelligitur triplici rōne
Primo quidem ꝓpter virtutum et donorū
immensitatem · Nam per septeꝫ columnas
congrue intelligitur omnium virtutuꝫ nu
merositas que mariam infudit et ex ea re
splenduit vt dicit hieronimus · Si diligen=
ter inquit attendas nihil virtutis / nihil
speciositatis · nihil candoris aut gratie est
quin totuꝫ resplendeat ex maria · Propter
quod merito figurata est per illud ferculū
salomonis Canti · quod salomō sibi fecit ex
lignis libani · Columnas fecit argenteas ⁊
reclinatorium aureum / ascensuꝫ purpureū
media caritate constrauit · notate verba
signate misteria · Rex salomon deus vꝫ om
nipotens et eternus fecit sibi ferculū vir=
ginale scilicet templum quod dicitur fercu
lum · id est sedes vel solium · Et hoc prop=
ter constantie firmitatem · Fecit autem de
lignis libani / vt in lignis suꝑfluentia grā
rum plantatis intelligas sui partus fecun
ditatem · In libano vero intelligas sue vir=
ginitatis puritatem · Columnas eius fecit
argenteas / vt in columnis appareat recti
tudo vite · In argento pulcritudo fame ·
Ascensum purpureum media caritate con
strauit · quia ascensum contemplatiuis igne
ipsius diuine dilectōnis penitus inflama=
uit · Secundo propter suorꝝ priuilegiorūꝫ
singularitatem · Nam per septem colum=
nas congrue designantur septem priuile=
gia gratie marie singulariter collata · Qd
bene sic docet colligere · Primum qꝛ fuit
sanctificata in vtero · Secundum quia salu=
tata ab angelo · Terciū quia obumbrata a
sp̄ūsancto · Quartū quia virginitatis primi
ceria · Quintū qꝛ sine corruptōne fecunda ·
Sextū quia sine grauedine grauida · Sep
timū qꝛ sine dolore puerpera · Tercio ꝓpteꝛ
suorꝝ bn̄ficiorꝝ copiositatem · Nā ꝑ septeꝫ
columnas designari pn̄t septē bn̄ficia siue
clementie q̄ nobis vsqꝫ ad diē extremū ge
neraliter cōicat / q̄ quidē enumerat bernardus su
per missus · d · In pericul' / in dubijs rebus
mariā cogita / mariā inuoca · nō recedat ab
ore tuo / non recedat a corde / et tu impe
tres orōnis eiꝰ suffragiū · n̄ deseras conuer
satōis exemplum · Et statim subdit ista be=
neficia explicando ip̄am sequens non de=
uias ip̄am rogans non desperas / ip̄am co
gitans non erras · ip̄am tenens non corru
as · ip̄a protegente non metuas · ip̄a duce
non fatigaris ip̄a propicia peruenis · Hec

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0295
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt